





1790  
10

ORDINIS MEDICORVM  
IN ACADEMIA VITEBERGENSI

H. T.

DECANVS

CHRISTIANVS FRIDERICVS  
NVERNBERGERVS

MEDICINAE DOCTOR, ANATOMIAE ET BOTANICES PROFESSOR  
PVBLICVS ORDINARIVS, MVSEI ANATOMICI ET NATVRAE  
CVRIOSORVM INSPECTOR, SOCIETATIS OECONO-  
MICAЕ LIPSIENSIS SODALIS,

DISPVTATIONEM IN AVGVRalem  
MEDICAM

IPS. CALEND. MARTII. A. R. S. CIOCCCLXXXK.  
HABENDAM INDICIT

PROLVSIONE

DE

APOPLEXIA CAVSARVM MORBIFICA-  
RVM CRITERIA ILLVSTRANTE ET  
CONFIRMANTE.

7,1



ORDINES MEDICARUM  
IN SCANDINAVIAE  
PROVINCIA  
CHRISTIANUS ERIDERICAS  
HABERIBVS PREGERAS  
MICHAELE DE LORI BOTANICO ET PHARMACOLOGICO  
MICHAELE CHIRURGICO MUSICA ANATOMICO ET NATURALIS  
CIVICO ET CIVILIS INSTRUCCTORIS, EQUITATIS, ORATIONIS  
DISPUTATIONIS / MACHAONI ET  
MAGISTER



DE  
APOPLEXIA CAVSARVM MORBIFICARVM  
CRITERIA ILLVSTRANTE ET CON-  
FIRMANTE.

SECT. II. P. I.

**E**x illis, quae de causis morborum variis haud ita pri-  
dem disputauimus, satis superque apparuisse puta-  
mus, singularibus eas notis esse praeditas, quibus facile pos-  
sint a se inuicem discerni, ad quas in earum diiudicatione pro-  
be attendendum est. Sed age! exemplo iam haec illustrabi-  
mus, atque in scenam producamus morbum, cuius potissi-



num de causa proxima, vereque efficiente summi inter se  
Medici dissentunt, et ambigunt, et cuius adhuc sub iudice  
lis est. Esto nimurum Apoplexia, quam alii modo a sanguine,  
modo ab humore seroso pituitosoue post erupta vasa ef-  
fuso, cerebrumque inundante deriuant, alii visceris eiusdem  
erosionibus et malis corruptionibus tribuunt, alii singulari  
materiei apoplecticae, siue proprio miasmati subtili, auram  
atmosphaericam impraeagnanti, et epidemice subinde obuoli-  
tant, alii aliis generis vitio imputare solent. Sub hac igitur  
denominatione, quae quoque sideratio quibusdam audit,  
eam vulgo subintelligi constat corporis animalis morbosam  
affectionem, qua sensuum internorum atque externorum nec  
non motuum voluntariorum adeo subitanea fit abolitio, ut  
Iouis ictu percussos credas tales homines, profundum insi-  
muli trahentes somnum, residua tamen adhuc respiratione  
valde difficulti ac stertorosa cum pulsu ut plurimum fortis, ple-  
no, ac magno coniuncta. Atque vel propter animalem  
viam prorsus extinciam, vel ob somnum maxime urgentem  
a praestantissimis Nosologis, qui insignem morborum cater-  
uum in singulares Classes ac Ordines redigere studierunt, mo-  
do ad adynamias, et debilitates, siue ad sic dictas impoten-  
tias modo ad comata siue soporofas affectiones Apoplexia  
relata est. Et sicuti in diuersis hominibus morborum facies  
admodum varia est; ita quoque non solum gradu haec omnia

sym-

symptomata discrepant; verumq; etiam; modo latere tantum  
 vnico resoluto, alterutrum morbose conuellitur, modo musculi  
 voluntatis imperio non subiecti tunc simul male torpidi esse  
 solent. Caeterum symptomatum grauitatem celeremque de-  
 cursum si respicias ad morbos nervorum acutos referendus  
 est, cum breui partes suas agat, exitu tantum non semper se-  
 rali stipatas. Caeue tamen ideo ipsa cum morte morbum  
 huncce confundas, quandoquidem vel Apoplexia, quae dici-  
 tur, exquisita quosdam correptos nihilosecius feliciter ser-  
 uari, vel fortiter adhuc pulsare attonitorum venas, eosdem  
 que profundos rhonchos ducere scimus. Quibus omnibus  
 rite perensis vltro appetet, Apoplexiam tam cum profun-  
 do sopore, quam cum ebrietatis effectibus maximam omni-  
 no habere conuenientiam, parumque abesse, quin somno vi-  
 noque sepultos ad primum intuitum pro attonitis habeas.  
 His omnibus enim accedit, vt facultate mentis penitus ex-  
 tincta stipitis instar prostrati iaceant, atque stertoribus sono-  
 ris, nec non cordis motibus, et arteriarum iactibus exceptis,  
 nullum amplius vitae signum edant.

Ad somni vero statum si attentionem dirigimus, in  
 eo diserepare videtur ab Apoplexia, quod nec adeo repente  
 aut improuiso superueniat, sed successiuè potius ac pedeten-  
 tim obrepere soleat corporibus, nec a causis adeo violentis,



Sed a vigiliis plerumque corporisque defatigationibus efficiatur, quodque ex lassitudine arctius dormientes aut sponte expergefiant, aut se tandem aliquando excitari patiantur. Ebrii e contrario quibus a large haustis potibus spirituosis nimiae sunt sanguinis ad caput congestiones, ipsaque cerebri vasa multum inde oppleri, valdeque turgida fieri videntur, ad Apoplecticos proxime accedunt, nisi quod vinosus hicce sopor ac stupor citius transeat, quamvis summam ebrietatem subinde in lethalem quoque Apoplexiam transiisse constet. Denique notandum est, in Apoplexia haec omnia pertinacius perdurare, quinimmo difficulter solui posse, eademque oppressos praे dormientibus ut plurimum faciem rubore magis perfusam, magisque tumidam habere.

His itaque praemissis iam in causas morbi efficientes inquirendum est. Quemadmodum vero, sicuti paulo ante dictum fuit, morbus noster in eo cum somno exesse conuenit, quod in vitroque functiones, quae ab animae in corpus imperio et influxu proueniunt, suspenduntur, vitae actionibus tandem adhuc residuis: ita utriusque huius phaenomeni causae a somno quoque repetendae sunt. Ita vero ea de re ratiocinandum esse putamus: Si verum est, quod nemo ibit inficias, quamvis in tam obscura re coniectura potius augurari, quam vere quicquam probare, et ad oculos demon-

strare

strare licet, sensuum pariter atque motuum rationem suffi-  
 cientem in cerebro potissimum esse ponendam, sequitur, ut  
 inter illa organa ipsumque hoc viscus et via semper patula  
 sit, et mutuus consensus locum habeat, utque harum actionum  
 liberum exercitiam a mutui huius commercii integritate  
 potissimum dependeat. Tantum igitur abest, ut rudens  
 ac peruiam esse credas cerebri ac neruorum massam, ut  
 potius utramque eius materiem corticalem et medullarem  
 una cum neruorum staminibus canaliculosam tubulosamque  
 tibi finges, quo subtilissimi fluidi, vel si mauis, spirituum  
 animalium itus reditusque, sive fluxus ac refluxus vere fieri  
 possit. Fac vero, a quaunque causa hoc effectum sit, subla-  
 tum esse hoc inter cerebrum et organa motoria aequa ad  
 sensoria commercium, qui quaeo aliter fieri potest, quin  
 animalis illa vis, eiusdemque exercitium quoque extingua-  
 tur? Quo usque igitur tubuli medullares cerebri ac neruo-  
 rum tensionis sunt capaces, eo usque apertas etiam esse de-  
 bere atque peruias eorum cauitates admodum probabile vi-  
 detur, relaxatis autem illis eosdem collabi, eorumque sinus  
 ac recessus internos quasi praesuffocari, adeoque sic inter  
 utramque partem viam atque communionem simul atque  
 confessim praescindi, facile cuius est intellectus. En ergo,  
 prout nobis quidem videtur, causam somni vere efficientem,  
 quem tanto profundiorem, tantoque, quod inde consequi-

tur,

etur, perfectiorem esse credas, quo minus sunt neque tubuli medullares ad unum omnes ob relaxationem vniuersalem ad tendendum, oscillandum idonei, neque una quidem eorum cuitas ullo modo patula est. Interim tamen non omne cerebrum durante somno ab opere suo feriari, prorsusque praecclusum esse, contra vero potius una eius alteraque particula spiritibus animalibus satis adhuc peruia videtur, cum sciamus, egregie vigere tunc temporis cordis non minus et arteriarum, quam pulmonum motum, quena a cerebri nervos in has partes influxu deriuandum esse, plurimi contendunt. Sunt ideoque qui existiment, cerebro dormientium licet collapso atque praeccluso, omnique eius cum nervis commettio ita penitus praerupto cerebellum tamen adhuc probabiliter apertum esse, atque ex hoc fonte principium motus ad partes et organa ea vbertim profluere, quae machinae animalis vitae tunc prospiciunt. Verum enim vero prout haec serupulum istum minime diluunt, sed nouum potius creant, ita neque ad probabilitatem proxime accedere, neque explicandis motibus horum instrumentorum continua sufficere videntur. Namque, quantum nos quidem autem amamus, adeo profecto intricatus aut necessarius non est cerebri in cor et pulmones influxus, vt sine eo neque systole et diastole cordis, neque inspiratio et exspiratio alternis vicibus fieri possit vnuquam. Quod ideoque, siue dum somno indul-

indulgetur, siue inter vigilandum continuo nec interrupte  
 haec omnia cueniant, hoc, mihi crede, minime cerebro,  
 sed causis longe alijs in acceptis referendum est. Quantum  
 nempe primo ad cor attinet, illi singulari virtuti vitali hoc  
 potissimum tribuendum esse videtur, qua sit, ut stimuli cu-  
 iuslibet impatiens ad irritamentorum contactum non solum  
 sponte et illico sese contrahat, verum etiam saepe contre-  
 miscat, vereque oscillet. Hanc singularem vero facultatem,  
 quam irritabilitatem quoque dicunt, cerebri neruorumque  
 potentiae non esse subiectam, ex eo patet, quod vel corde  
 e thoraci cauitate exempto, vel in animalibus recens maestis  
 iamque capite caeso saepe adhuc residua sit, quodque fa-  
 mosum illud punctum saliens in pullis exilissimis primis in-  
 cubationis diebus, in quibus nondum facta tunc esse potuit  
 cerebri efficiio, manifesto obseruetur. Concedere quidem  
 debemus, per neruos a valido plexu cardiaco productos satis  
 arctam esse factam cerebri cum corde copulam: abinde ta-  
 men motum eius proprie non dependere e summorum anato-  
 micorum factis hanc in rem experimentis et obseruationi-  
 bus, nec non ex illis, quae paulo ante dicta fuerunt, satis  
 superque apparuit. Ne quis vero putet, audacem esse hanc



sententiam, ipsum GALENV M testem excitemus; ita nobiscum  
consentientem: *E. neruorum essentia fundio cordis non est;*  
*omnia namque eius participarent, quibus et nervi com-*  
*municantur, ac praecisis ipsis cordis pulsus cessaret. Sed*  
*neutrum fieri conspicimus, quare supereft, vim pulsati-*  
*lem ex ipsis cordis corpore oriri.* (*Administrat. Anatomi-*  
*c. L. VII. c. 8.*) Quibus si addas, saepe insigniter lae-  
di posse, secundum ea, quae relata leguntur, cerebellum,  
vita non tantum superflite, sed etiam actionibus vitalibus  
non admodum laefis, simul efficitur, ut idem nec functio-  
nibus hisce praesidere, nec, quod somni tempore feliciter  
et interrupte producantur, causa esse possit. (v. SWIETEN:  
*Commentar. in Boerhav. T. III. p. 254).*

Si vero de respiratione quaestio moneatur, fatendum  
quidem est, evidentissime eam cum cerebro conspirare, can-  
demque in viscere hoc quasi resonare, cum constet, impo-  
sitis in verticibus infantum iuniorum digitis, fontem illum  
pulsatilem, siue singularem motum peristalticum percipi cum  
alterno thoracis et pulmonum motu vere consonum. Quem-  
admodum autem in embryonum corporibus, in quibus re-  
spira-

spiratio deest, hic quoque motus deficere videtur: ita valde probabile est, cum prima non tantum inspiratione illum incipere, sed eundem quoque cum ultima expiratione demum extingui. Quamuis ideo ex his clare pateat, ad vitam cerebri sustinendam necessario optis esse, ut ab alterna idem inspiratione et expiratione semper afficiatur, et in mutuum trahatur consensum, inde tamen minime conficitur, organa respirationis, ut motum edant, cerebri ac nervorum influxu necessario indigere. Idem potius de his valebit, quod supra de corde demonstratum fuit. Quae cum ita sint, actiones in somno vitales, unicam respirationem si excipias, eadem esse videntur, quales sunt in embryonum corporibus utero adhuc inclusis, ut scilicet dormientes ad vitam animalem refocillandam satis quidem idonei, tamen vita tantum vegetante gaudeamus. Nonne denique multi persaepe foetus in lucem eduntur, Apoplecticis similes, facie summe rubicunda, neque ullum vitae signum manifestantes, neque in vertice motum edentes, a quibus paucis sanguinis guttulis ex funiculo umbilicali vix effluxis, primi haustus aurae vitales illico captantur, quo demum factio verticis quoque summitas pulsare incipit?



Hactenus haec; reliqua quae sequuntur propediem.  
 Etenim properandum nunc est ad commendationem *Viri  
 Clarissimi*, in Medicinae Doctorum numerum cooptandi,  
 qui, quousque versatus est in hac Academia nostra, omnem  
 nauavit operam, ut honeste prudenterque vivendo, suaque  
 fideliter peragendo bonorum omnium benevolentiam et amo-  
 rem sibi compararet. Sed enī vitae studiorumque eius hi-  
 storiam, qualem Ipse candide consignauit.

---

go GABRIEL EYBESCHITZ d. XVI. Mens. Ianuar.  
 anno huius seculi LXVI. Dresdae in lucem editus, et patre usus  
 sum NATHAN IOA. EYBESCHITZ, quem morte mihi nuper demum  
 ereptum pie doleo, matre vero, adhuc, quod vehementer laetor, su-  
 perflite, e gente UHLMANNIANA. Hi optimi parentes nihil magis  
 curae cordique habuerunt, quam ut mox a tenuerrima iuuentute re-  
 ligionis nostrae morumque honestorum et humanitatis praceptis eru-  
 derent. Eo consilio variis sum magistris domesticis traditus, quo-  
 rum institutione literas, quibus pueri erudiri solent, percepit. Ad  
 reli-

religionis dogmata accuratius discenda Pragam adiui, ibique per quinque annos commoratus sum. His finitis Dresden reuersus, et litterarum amore commotus, ut Lipsiam adire mihi liceret, a patre b. impetravi, ubi a Viro Summe Venerabili MORO, academiae fæses tunc tenente, in numerum ciuium Academicorum receptus sum. Adiui hic scholas philosophicas et anthropologicas PLATNERI, Mathematicas HINDENBURGII, Historiae vniuersalis HILSCHERI, Historiae naturalis LUDWIGII. Iomque medicinae me dicani, vtque fundamenta illius ponerem in recta cognitione partium corporis humani, frequentauit scholas Anatomicas LUDWIGII, FISCHERI et, qui etiam mihi quam maxime utilis in cadavera secandi artificio fuit, HASI. Physiologiam mihi tradidit PLATNERVS et HEEBENSTREITIVS, Botanicam PohlIVS, qui nunc Consiliarii aulici et archiatri Sereniss. Printipis Saxoniae munere fungitur, cuius amoris permulta in me extant documenta. In Chemia, experimentis illustrata, audiui ESCHENBACHIVM. Cognoscendarum problicarum doctrinarum causa frequentauit scholas pathologicas et semioticas HEEBENSTREITII, qui quoque Diaeteticam mihi explanauit. FRANZIVS b. Materiam medicam et Chirurgiam mihi exposuit, artem vero obstetriciam GEHLERVVS, et Therapiam pariter atque Medicinam forensem b. BOSIVS. Is etiam agrotorum in nosodochio publico, sicuti Experientiss. MENZIVS in aedibus ciuium decubentium visendorum copiam mihi fecit. Idem quoque MENZIVS concessit, ut parturientibus operi ferenti ad-

¶ ¶ ¶

*starem. Omibus his praeceptoribus, quorum memoriam nullo non tempore solam, grates sint maxime.*

Quoniam vero aliorum virorum celeberrimorum scholas frequentare mihi animus erat, Vitebergam me contulsi, ubi a Magnifice Boemero, h. t. Academiae Rectore, cibis academicis adserpius, et ab eo Therapia generali cum Materia medica coniuncta eruditus sum. Cuius viri amoris et benivolentiae singularis tot tantaque in me extiterunt signa, ut exumerare ea plane non possim. Experientiss. Legnardi Chemiam mihi exposuit, et Physiologiam atque Medicinam Clinicam examinando mecum repetit. Huic optimo Viro pro innumeris in me collatis beneficiis, quoisque viuenter gratissimam mentem sancte spondeo. Experientiss. Nurnbergero in Therapia generali magistro usus sum, et huic etiam pro benevolentia insigni obstrictissimum me sentio.

---

Ita praeparatus ab Ordine nostro petiti perhumaniter, ut ad summos in arte salutari honores consequendos ipsi viam patefaceremus. Hinc admissus est ad Examen quod

pro

pro *Candidaturas* dicitur, Prid. Noit. Febr. in quo; postquam expectationi nostrae satisfecerat, Candidateorum numero adscriptus fuit. Quo magis vero communes esse solent hominum miseriae, et ex illis facile graues, morbi feliciter, quoque ardenter salutem poscimus omnes, tanto magis opus, tantoque honestius est, ut artis medicae socii aegrotis omnibus opem salutemque adferant, nullo respectu habito ad cultus diuini discrepantium. Eo consilio a Serenissimo Principe ac Electore facta nobis est copia, laurea ornandi artis falaris cultores quoslibet, cuicunque religioni addictos, eas satis dignos. Quemadmodum hanc Patris Patriae Optimi indulgentiam pie veneramur: ita iussa eius primum exequemur in Candidate nostro, promissis antea promittendis. Quod ut rite fieri possit, defendet idem antea Dissertationem inaugurali de *salibus succorum humanorum dulcibus*, cui pra eerit *Excellentissimus* atque *Experientissimus* D. LEONARDI, *Fau tor* atque *Collega Coniundissimus*, *Plurimumque Colendus*. Indicta sunt huic actui solemni *Calendae Martiae*, ad quem praesentia sua concelebrandum **RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, PATRES ACAD. CONSCRIPTOS, COMITES IL VSTRISSIMOS, PERILLVSTRES LIBEROS BARONES, GENEROSIS-**

SIMOS



SIMOS AC NOBILISSIMOS COMMITITONES, NEC NON BONARVM  
LITTERARVM FAVTORES OMNES AC SINGULOS HUMANISSIME IN-  
UITAMUS.

P. P. Dominica Reminiscere A. R. S. cIcI CCLXXX.

---

VITEBERGAE,

EXCVBIT A. C. CHARISIVS.



## THESES.

---

**N**unquam abscessus sine praegressa inflammatione.

**P**us non intra systema vasorum arteriosorum sed in loco affecto praeparatur.

**S**umta nervorum, partes arbitrio mentis non subiectas adeuntium, origine ex gangliis, haud difficulter explicari potest apoplecticorum perdurans cum cerebro compresio vita.

**Q**ui amputationem membrorum prorsus ex chirurgia exterminandam esse putant, vehementer errant.

**S**apor salis Glauberi crystallini refrigerans ab aqua nascitur, quae glaciei sub forma crystallis inhaeret.

**C**antharidum vis caustica latet in partibus salinis.

**M**etaстasis locum habet non modo in morbis ab acri, sed etiam in morbis a viscidio et atenui.

**C**amphora et refrigerat et calefacit.

**M**edicamenta, quae maiori dosi propinata vomitum mouent, minori exhibita optime minuant fistim, aestum et spasmus.

---

ЗАЩИТА

**N**undram sapientis sine pietatis pugnacione  
la nra ipsa leviter agitum stricione ut in loco si-  
tendo pugnabit.

VI 216

5. + 24. 8 in 2:20

23 =  $\bar{e}$

39 =  $t$ .



3

TA  $\rightarrow$  2

vd 18

VD 77

I  
04.2.2007 sd,



# Farbkarte #13



B.I.G.

Black

# IS MEDICORVM MIA VITEBERGENSI

H. T.

E C A N V S

# NVS FRIDERICVS NBERGERVS

ANATOMIAE ET BOTANICES PROFESSOR  
VS, MVSEI ANATOMICI ET NATVRAE  
NSPECTOR, SOCIETATIS OECONO-  
AE LIPSIENSIS SODALIS,

## ONEM INAVGVRALEM MEDICAM

IARTII. A. R. S. cIcIccLXXX.

BENDAM INDICIT

ROLVSIONE

DE

CAVSARVM MORBIFICA-  
ERIA ILLVSTRANTE ET  
CONFIRMANTE.